



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

3. Quinam accusari non possint.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

& alumnis, quibus ne ipsis quidem casibus parentem patronumque accusare permittitur, nisi civiliter agatur, d. l. *Hic tamen* §. 1. l. *Inquinum* 17. *Cod. De his qui accus. non pos.* Alias si qui alias accusare velint, eos immunes esse oportet à crimen, can. *Qui sine peccato, can. Postulatus* 111. q. 7. Hodie etiam pauperritas non repellit ab accusatione pauprem, honestam fidei & virtutem, Clarius d. q. 14. n. 19.

6. Quod si accusatori nulla justa objici causa possit, ob quam ab accusatione removeti debet, omnino audiendus est; quisquis ille sit; aded ut etiam Monachus, quamvis obedientiam vorerit Prælato suo, nisi alia rationabilis causa impedit, accusare valeat. Imd debent eidem ex bonis Monasterii suppeditari sumptus necessarii ad prosequandam accusationem, e. illa. 3. c. *Ex parte tua* b. t. *Quin etiam, ut sit expeditior reformatio Monasterii, si quam sententiam excommunicationis, suspensionis, aut interdicti Abbas, pendente accusatione, protulerit, aut per alios ferri curaverit, ea ipso cure relaxatur, sicut & iuramentum de recta veritate,* e. *Olim* 26 b. t. Alio tamen Monachus accusare non potest, d. c. *Ex parte tua, nisi intersit Monasterii, & delictum Abbatis, can. Monachi* 35. xvi. q. 1. *quia censor mundo mortuus, can. Placuit ibid.*

7. Quemadmodum autem ad crimen judicij publici accusationemque criminalem prosequandam non admittitur procurator, ita neque ad defendendum, l. penult. D. *De publ. judicis,* e. *Veniens* 15. b. t. Licet reus absens possit per procuratorem allegare causas absentiae, aliasque exceptiones, quæ ipsum crimen propositum non attingant, d. e. *Veniens* & e. *cum dilecti* 18 b. t. Secus si agatur de crimen non criminaliter, v. g. per modum exceptionis, e. *Super his* 16. b. t. vel de crimen privato, v. g. injuriarum, can. *Absens* & nisi iii. q. 9. l. fin. *Cod. De injuria;* vel de aliis levibus criminibus, l. *Levia* 6. D. hoc est.

8. Nemo etiam invitus accusari cogitur, can. *Si quem paenituerit, can. Si quis iratus, II* q. 7. Tit. *Cod. Ut nemo invitus agere vel accus. cog.* Potest que quilibet ante libelli oblationem & inscriptionem ab accusatione inceptra desistere, sed desistenti imponitur silentium perpetuum, ne deinceps eundem de eodem crimen accuse vel infamet, e. *Licet* 14. b. tit. At vero post

inscriptionem cogitur accusationem prosequi, nec impunè citra abolitionem desistit, l. *Quicunque* 5. D. *Ad S. C. Turpili* Publicè enim intercessit, accusationem non intermitte, sive vera sit, ut delictum puniatur, sive falsa, ne calumniator impunè evadat, & licentius in innocentiam cujusque grassetur. Verius etiam est fratres se invicem accusare non posse, l. *Si magnam Cod. De his qui accus. non possunt:* nisi in levioribus criminibus, l. *Si foro rem* 18. *Cod. eod.* auri nisi alter alterius virtutis insidiatus fuerit, *Glos.* & *Salicet* ad d. l. *Smagnum:* nam & idem in matre adversus filium sibi insidiantem admissum est, l. *Proprietate* 4. *Cod. d. sit.* ut neque filius prohibetur de facto matris queri, l. *Hic tamen* 11. q. 1. *D. De accusat.*

9. Cæterum observandum est, hodie munus accusandi apud sæcularem Judicem defensum procuratoribus fiscalibus apud Judicem vero Ecclesiasticum aliquibus electis & probz fidei clericis, qui Promotores aut Procuratores fiscales, vel Syndici, interdum etiam Nuntii dicuntur, quos huic muneri praeficiendo tradit Beno, Diaz in *Praxierimin Can. c. 4.* & in quidusdam diocesis per Belgiam ita servati refert oculatus testis Zyp. olimque consuetum fuisse, lib. 5. *De jure Pont. nov. h. t. n. 8.* Et tales non debent se inscribere, quandoquidem necessitas officii eos liberet a suspicione calumniarum, nisi haec manifestè apparcat, l. *Post legatum* 5. b. *Advocatum* D. *De his quibus ut. indignis* &c. Solent ramea plerumque alii privati, quorum aliunde intercessit delicta puniri, se his adjungere, eiusque denuntiare crima ac suggerere probationes, ad suam tuorumque injuriam prosequandam; unde & evitare delatoris prohibiti notam, l. *Deferre* 18. b. *Sed communum,* & l. *Deflator* 44. *D. De jure fisci* cum nemini in causis propriis accusandi licentia sit deneganda, can. *Omnibus* IV. q. 6.

### §. III.

*Quinam accusari non possint.*

1. *Non mortui, non Legati, Praesides, Magistratus, &c.*
2. 3. *Non absentes per sententiam neque absentes.*
4. *Non infantes & furiosi.*
5. *De servis ratis.*

1. *Si* leut non omnes accusare possunt, ita nec omnes accusari, *Non in primis mortui, l. Ex iudicio*

judiciorum 20. hoc tit. l. fin D. Ad Leg. Iul. Majest. Non Legati Imperatoris aut Provincialis, non Magistratus populi Rom. & qui Reipubl. causâ absunt, l. Hos accusare 12. D. sed. Idemque dicendum de aliis, qui in honore ministeriove publico sunt: qui quidem recte postulantur rei, sed eorum differtur accusatio, & cautione: iudicio sistendi causa promittitur in finem honoris, l. Si adulterium 38. in fin. D. ad leg. Iul. de adult.

2. Tertiâ, semel absoluti per sententiam iterum accusari non possunt, de quo jam ante dictum.

3. Quartâ, non etiam absentes, multoque minus damnari, l. Absentem 6. Cod. hoc t. l. Absentem 5. D. de poenâ: sed tantum annotatio sit bonorum, & post annum publicatio, d. l. Absentem 1. & 2. Cod. d. requisit. reis; quamvis procuratores habeant, l. penult. judicis, c. Veneri 15. hoc t. c. Tua 5. sup de procurat. can. Absentem 11. q. 9. quia Judge ex rei presentia, vultu aspectu, qualitate personæ, constantia, trepidatione, ex oculorum sermonisque indiciis in criminis cognitionem deducitur, ut Canis ait lib. 4. Tit. 19. Qui vero accusari, arg. lib. 2. & 3. D. de testib. De more 10. & tormenta D. de questionib. Idque verum est, si crimen tale sit, ex qua poena corporalis, vel in metallum, aut similiis infligenda venit, d. l. Absente D. de poenâ & d. c. Venient, ut ipso similis est capitali. Excepto tamē eriminelz & Majestatis, ut in Extravag. Henr. XII. Quomodo in lege Majestatis &c. Ceteroquin si pecuniarum pœnam, aut quæ estimacionem contingit, crimen mereatur, poterit ea in absentem, si sepius admonitus per contumaciam abstinatur, & usque ad relegationem procedi, d. l. Absentem D. de poenâ. Planchodie in Gallia & alibi, & in foris Ecclesiasticis bonorum annotationem locum non esse, posseque absentes contumaces damnari, etiam ad mortem, eorumque bona addici fisco, notat Gothof ad d. l. Absentem Cod. hoc tit. post Julium Clar. qu. 44. n. 3. & 4.

4. Quintâ, non infantes & furiosi, l. insans 12. D. Ad Leg. Corn. De sciar. l. Divitius 14. D. de officio Praef. Minores verò xxv, annis tunc recte acclanuntur, si puberes aut pubertati proximi deliquerint, quippe capaces jam doli, lib. Pupillum 111. D. De R. I. quanquam interdum militatio aratis mouere possit Judicem ad mitigandam pœnam, l. Auxilium 37. D. de minorib.

5. Omnibus verò legibus servi fiunt & postulantur rei; exceptâ pœnâ pecuniaria vel capitâ, id est amissionis Civitatis, quæ servo non competit, d. l. Hos accusare 12. § omnibus 4. D. h t. Ex civilibus caussis corum domini noxaliter convenientur, l. penult. Guli. Cod. de noxalibus & finis. Ita hæc tradit Canis. a. loco §. Omnibus autem.

## §. IV.

## De Inquisitione.

1. Inquisitio quid sit.
2. Hanc instituet ludex publicâ famâ instigan-  
te.
3. Eaque procedere debet inquisitionem.
4. De eadem constare debet ex actu & informa-  
tione.
5. Nec sufficit, si due pluresve jurati adfiment, quem commississe crimen.
6. Inquisitio vel generaliter sit vel specialiter.
7. Generali inquisitio permissa est judici de quoli-  
bet delicto.
8. In speciali inquisitione qua edenda, & quo mo-  
do procedendum.
9. Interessit an per inquisitionem probatum sit cri-  
men, an per accusationem.
10. Ad inquisitionem necessaria est citatio offendé-  
& consanguineorum.
11. Denique à judge competente fieri debet.

1. Inquisitio est alicuius criminis manifesti per Judicem competentem canonice facta in-vestigatio. Idque ita à Jure receptum est, ne defi-  
ciente accusatore delicta maneat impunita-  
cum gravissimo Republicæ detrimento, nem-  
pe ut Præsidii, Officiali alicuius provinciæ aut  
civitatis seu Judici ex officio suo liceat nocen-  
tes, veluti fures, latrones, sacrilegos, homicidas,  
& alios, conquerire, & prout quisque delique-  
rit, in eum animadvertere, heque provinciam  
aut civitatem, cui præfet, malis hominibus pur-  
gare, l. Congruit. 13. D. de officio Praef. Novell. 128.  
Decollatoribus §. subueniuntur.

2. Quam tamen inquisitionem Judge non  
aliter instituet, quam si famâ publicâ & rumore  
vulgi non temerario ad hoc permotus fuerit, e.  
Cum opereat 10. c. Inquisitione 21. §. Tertia dubi-  
tationes, e. Qualiter 24. h. t. ne temere in aliquem  
& cum periculo alienæ existimationis grasse-

K k k 2 tur,